

A & pridē quasi prius die. significat autē modo longo tēpore prius: mō paruo. De paruo: Ply. ipsi uero pridem uidimus ea oīa p̄ter pubertatē in filio Cornelii taciti equitis romani. Paul. iuriscō. Et non miſe est si peculū quoq; defuncti pridem filii defertur. Vlpianus: quāritur enim ordinē tenere quē pridē habuit. De lōgo Apuleius. quod pridē Plato affirmauerat. Eiusdē significatiōis sunt. Iā

B pridem quod ab eo fit: & dudū. iam dudum. nuper

C iādiu: omnia enī: interdū de paruo tempore: interdum de longiori dicuntur. De paruo: ut si dicam dudum intraui: nuper intraui: iam dudum te expecto: iā pridem ueni. Boetius: hic autē q̄ nup dixim⁹ Curtius qui nuper ab Alexandro missi erant. Cicero: quā multa de balneis quē nuper ille uendiderat. Ab hoc nuperum deriuatur: quod significat recē: nouū: Plautus: Recens captum hominē

E nuperum: nouitium. Et nuperime aduerbiū: qd̄ significat recentissimē: & nuperimus recētissimus

F Seneca: iam pridem te expectantes ibi federamus: De longiori: Macrobius: iam dudum inquit hęc quæstio ab Aristotele & præposita ē & soluta. Plynus: somno uero ac securitatibus iam dudū hoc fuit: quod illa Helena ante cibū ministrauit. Idē quo maiores nostros iam pridem fecisse manifestum est idem. Quod genus nuper & patrum fere noctrorum memoria inuentum est: quod si cū pridem: aut dudum non uel q̄ uel ita addamus: significat semp̄ multo tempore ante idem: medica nō pridem uenit in italiam: id est non multo tempore ante. Cicero: quā pridem nomen fannii detulisti: hoc est q̄ multo tempore ante idem: nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. id est non multo tempore ante: Plautus: quā dudum e foro aduenisti domum: nō ita dudum.

G Aliquando tamen iā dudum & iā pridē a poetis p̄ continuo ponuntur. Virgilius: iā dudum sumite Poenas: Lucanus: tollite iam pridem uicticia tollite signa. Et per dius tota die aliquid agens sicut p̄nox tota nocte uigilans: & diæta cœnaculum: in quo æstate cœnatur ad umbram: hyeme ad solē: quod & cœnatio dicitur: quis aliqui a græco deductum hoc nomen uelint. Varro: ita, appellatam existimat: quod 14 die edatur. In hortis fere ædificari solebat: licebatq; testatori diætā in hortis uxoris ædificatam diruendam legare: si fieri id sine fundi detrimento posset: cum alioquin diruendam domum testamento legare fas non esset. Ab hæc diætā diætarii uocabantur: qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant: quos Vlpianus scribit plus q̄ fures esse puniendos: itaq; aut ad tempus relegandos: aut in opus publicum dādos: aut fustibus cædendos. Diætā etiam diarium hoc est unius diei cibum significat. Et apud græcos pro iudicio arbitrorum accipitur: & pro loco in quo arbitri conueniunt. Quapropter: & ipsos arbitros græci diætatas uocant. Et diarium a die deductum est: quod modo cibum unius diei significat (ut diximus) modo hystoriam: que p̄ singulos dies scribitur: & a græcis dicitur ἐφημερίσις. hoc est ephemeris. Iuuenalis: in cuius mani-

bus ceu pingui succina tritas cernis Ephemeridas: quemadmodum annales dicuntur: cum res gestæ pluriū annorum obseruato cuiusq; anni ordine componuntur. Nam hystoria utruq; cōprehendit. definiturq; rerum gestarum expositio

B Item meridies quasi medidies: hoc est medius dies dicitur: quod hōc mediam lucem significat. Vterus etiam de nocte meridiem dicebant: hoc est eam partem noctis. qua totius diei dimidium cēt

C Ab hoc fit meridianus: & pomeridianus: quod ad meridiem. uel post meridiem pertinet. Quintilianus: pomeridianis scolis Aristoteles præcipere autem orationam cœpit. Et meridio siue meridio uerbum: quod aliquando est: meridianum cibum capio. Plautus ientando meridiando: cōmentando: pergræcādo uitam ducere: hinc merenda dicitur est: quod sumitur ante cœnam: aliquando capio meridianum somnum. Cornelius celsus: 160 diebus meridiari potius ante cibum utile est. Sin minus post. cū per hyemem potius totis noctibus conuiescere. Suetonius de caligula. gloria: usq; est expgefata. Idem cefoniae quantum egisset: dum ea meridiaret. Sermo de Nerone messorum messalina uxore claudii: qui eum meridiante quæsi britānici æmulū strangulauit. itē a die æquiale dictum. Sic enim ueteres dixerunt: quod nunc dicimus æquinoctiale: quia nox diei potius q̄ dies nocti adnumerari debet. Sic et æquidum quod nunc æquinoctiū: itē a die diluculū hoc est aurora

L qd̄ tum dies luceſcere ſcipiat. Dies apd̄ romanos a media nocte incipere athenienses ab occasu solis: alium occasum. Apud babilonicos solis ortu. Sumit autē dies tribus modis. Vno continet semel reuolutionē primi mobilis: que fit hōc. xxxiii. Alio mō dicitur dies ab ortu solis ad occasum ille naturalis: hic artificialis nominatur. Tertio mō dicitur dies tempus iterminatū. Vir multa dies uariūq; labor mutabilis: aut retulit in melius: & iuricoſulti. bima trima: quadrima die p̄ tempore biēniū: triēniū: quadriēniū dicitur: & ad diē non uenit: id est præstitum tēpore non uenit. Et in hæc ultima significatiōe frequētius ē feminini generis. Vir. iāq; dies ifanda aderat. Ab eoq; fit diminutiuum. Diecula pro paruo tpe in masculino autē genere tempus determinatum plerūq; significat

P ut hefterno die ad te ueni. Nudiustertius & nudius quartus a die dicta sunt: quasi nunc est dies tertius: nunc est quartus: semperq; de p̄terito dicitur dierectū quoq; a die uocati sūt crucifixi: si matcello credimus quasi ad diem erecti: Varro: apage in directum a domo nostra istam insanitatem Pompeius tamen scribit dierectū dicitur antiphrasim apud ueteres uolentes significare in alio diem

S unū dierectā aduerbialiter dicimus. Plā. qn̄ tu dierectā cum fucula & cum porculis. Dierecta inquit quasi in malam diem. Sunt etiā qui in ducias a die dictas existiment: quasi in diem uti iam Pactū enī induciarū huiusmodi est: ut in diē certū non pugnetur: nihilq; in cōmodo detur. Sed ex eo die p̄fecta uti oīa belli iuta agantur: itaq; ex iis partibus

V lis in ducias dictas: quasi in diē uti iā pugnet. Alii